



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2. Vtrum debuerit assumere corpus terrenum, scilicet carnem, &
sanguinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

secundum illum motum, sicut primum alterans est inalterabile. Et ideo non fuit conueniens, vt assumeret humanam naturam in ipso Adam.

AD TERTIVM dicendum qd quia Christus maxime debebat esse a peccatoribus segregatus, quantum ad culpam quasi summam innocentiae obtinens, conueniens fuit ut a primo peccatore vsq; ad Christum perueniretur, mediantibus quibusdam iustis, in quibus praesulgerent quaedam insignia futurae sanctitatis. Et pp hoc etiam in populo, ex quo Christus erat nasciturus, instituit Deus quaedam sanctitatis signa, quae incoeperunt in Abraham, qui primus promissionem accepit de Christo, & circumcisionem signum foederis consumandi: vt dicitur Gene. 17.

¶ Super Quaestione quinta Articulum primum.

Titulus articuli primi clarus est, & pp Manichaeorum errorem motus: vt habes in 4. contra Gen. cap. 29.

In corpore articuli conclusio unica est responsiva quaesito affirmatiue, & probata auctoritate & probata triplici ratione. Omnia clara sunt in littera.

Nota hoc in loco allatum Augusti. auctoritatem ex lib. 83. q. quoniam ea habetur illa conditionalis, si sefellit, veritas non est & loquitur de Christo. Nota autem hoc propter vertentes in dubiu, an Deus possit fallere: nam si conditionalis dicta est vera, patet solutio quaestionis, quod scilicet non potest fallere: quia non potest esse verum quod fallat: quia si sefellit, veritas non est: sed est veritas, ergo non sefellit. Si conditionalis negatur, Augustinus negatur.

Infr. art. 2. c. & q. 14. art. 2. c. & 3. di. 2. q. 1. art. 3. q. 1. c. & q. 2. c. & 4. contra ca. 29. 19. & 34. primo. & 35. col. 2. fin. & Pe. q. 6. arti. 7. cor. col. 1. & opus. 3. c. 213. & 213.

nitatis: dicit. n. Leo Papa in sermone de Nati. quod nec inferiorem naturam consumpsit glorificatio, nec superioriorem minuit assumptio. Sed hoc ad dignitatem Dei pertinet, quod sit omnino a corpore separatus. Ergo videtur quod per assumptionem non fuerit Deus corpori unitus.

¶ 3. Praet. Signa debent respondere signatis. Sed apparitiones vet. Test. quae fuerunt signa apparitionis Christi, non fuerunt secundum corporis veritatem, sed secundum imaginariam uisionem: sicut patet Isa. 6. Vidi Dominum sedentem. &c. ergo videtur quod etiam apparitio filij Dei in mundo, non fuerit secundum corporis veritatem, sed solum secundum imaginationem.

SED CONTRA est, qd dicit * Aug. in lib. 83. q. Si phantasma fuit corpus Christi, sefellit Christus. Et si fallit, veritas non est. Est autem veritas Christus. Ergo non fuit phantasma corpus eius. Et sic patet, quod verum corpus assumpsit.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in li. de Ecclesiasticis * dogmatibus, natus est Dei filius,

Sermo. 1. q.

Cap. 2.

QVAESTIO VI. De modo unionis ex parte partium humanae Naturae, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de assumptione partium humanae naturae.

ET Circa hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum filius Dei debuerit assumere uerum corpus.

¶ Secundo, Vtrum assumere debuerit corpus terrenum, scilicet carnem & sanguinem.

¶ Tertio, Vtrum assumpsit animam.

¶ Quarto, Vtrum assumere debuerit intellectum.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum Dei filius debuerit assumere uerum corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod filius Dei non assumpsit uerum corpus. Dicitur enim Phil. 2. quod in similitudinem hominum factus est. Sed quod est secundum ueritatem, non dicitur esse secundum similitudinem. ergo filius Dei non assumpsit uerum corpus.

¶ 2. Praet. Assumptio corporis in nullo derogauit dignitati diuinitatis: dicit. n. Leo Papa in sermone de Nati. quod nec inferiorem naturam consumpsit glorificatio, nec superioriorem minuit assumptio. Sed hoc ad dignitatem Dei pertinet, quod sit omnino a corpore separatus. Ergo videtur quod per assumptionem non fuerit Deus corpori unitus.

ARTICVLVS II. Vtrum Dei filius debuerit assumere corpus terrenum. scilicet carnem & sanguinem.

AD SECVDVM sic procedit. Vt qd Christus non haberet corpus carnale siue terrestre, sed celeste. dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo coelestis. Sed primus homo, scilicet Adam fuit de terra, quantum ad corpus, ut patet Gen. 1. Ergo etiam secundus homo, scilicet Christus

non putatiue, quasi imaginatum corpus habens, sed corpus uerum.

¶ Et huius ratio potest tripliciter assignari. Quarum prima est ex ratione humanae naturae: ad quam pertinet uerum corpus habere. Supposito igitur ex praemissis, quod conueniens fuerit filium Dei assumere humanam naturam, consequens est quod uerum corpus assumpsit. Secunda ratio sumi potest ex his, quae in mysterio incarnationis sunt acta. Si enim non fuit uerum corpus eius, sed phantasticum, ergo nec ueram mortem sustinuit: nec aliquid eorum quae Euangelistae de eo narrant, secundum ueritatem gessit, sed solum secundum apparentiam quandam. Et sic etiam sequeretur, quod non fuerit uera salus hominis subsecuta: oportet. n. effectum causa proportionari. Tertia ratio potest sumi ex ipsa dignitate personae assumptis, quae cum sit ueritas, non decuit, ut in eius opere aliqua fictio esset. Vnde & Dominus huc errorem per seipsum excludere dignatus est, Luc. ult. cum Discipuli conturbati & conterriti, putabant se spiritum uidere, & uerum corpus: & ideo se eis palandum praebuit, dicens, Palpate & uidete: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod similitudo illa exprimit ueritatem humanae naturae in Christo, per modum, quo omnes qui uere in natura humana existunt, similes specie esse dicuntur: non autem intelligitur similitudo phantastica. Ad cuius euidentiam Apostolus subiungit, quod factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quod fieri non potuisset, si esset sola similitudo phantastica.

AD SECVDVM dicendum, quod per hoc quod filius Dei uerum corpus assumpsit, in nullo est eius dignitas diminuta. Vnde Aug. dicit * in lib. de fi. ad Pet. Exinaniuit seipsum, formam serui accipiens, ut fieret seruus: sed formae Dei plenitudinem non amisit. Non enim filius Dei sic assumpsit uerum corpus, ut forma corporis fieret. Quod repugnat diuinae simplicitati & puritati. Hoc enim esset, assumere corpus in unitatem naturae. Quod est impossibile, ut ex supradictis * patet. Sed salua distinctione naturae assumpsit corpus in unitatem personae.

AD TERTIVM dicendum, quod figura debet respondere rei, quantum ad similitudinem, non quantum ad rei ueritatem. Si enim secundum omnia esset similitudo, iam non esset signum, sed ipsa res: ut Dam. dicit * in 3. lib. Conueniens ergo fuit, ut apparitiones uet. Test. essent secundum apparentiam, quasi figurae: apparitio autem filij Dei in mundo, esset sibi corporis ueritatem, quasi res figurata per illas figuras. Vnde dicit Apost. secundae Coloss. 2. Quae sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.

ARTICVLVS III. Super Quaestione quinta Articulum octauum. Vtrum Dei filius debuerit assumere corpus terrenum. scilicet carnem & sanguinem.

AD SECVDVM sic procedit. Vt qd Christus non haberet corpus carnale siue terrestre, sed celeste. dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo coelestis. Sed primus homo, scilicet Adam fuit de terra, quantum ad corpus, ut patet Gen. 1. Ergo etiam secundus homo, scilicet Christus

¶ Super Quaestione quinta Articulum octauum.

Titulus clarus est & motus propter errorem Valentini ut patet in 4. contra Gen. c. 30. In corpore articuli unica est conclusio responsiva quaesito; Christus habuit corpus terrestre, non celeste. Et probatur triplici ratione & auctoritate. Omnia clara sunt nisi

Ar. p. 2.

Cap. 2.

q. 2. 4. 3.

Lib. 7. 39. 10. 3.

Cap. 1. 6.

Lib. 1. 20. 10. m.

Infr. art. 3. di. 2. q. 1. art. 3. q. 1. c. & q. 2. c. & 4. contra ca. 29. 19. & 34. primo. & 35. col. 2. fin. & Pe. q. 6. arti. 7. cor. col. 1. & opus. 3. c. 213. & 213.

Cap. 2. rom. 3. opera

nisi quod in responſione ad primum circa gloſſam Aug. & Hilarij dubium occurrit, ſ. q. Chriſtus ſit homo caeleſtis, quia de Spirituſancto conceptus: quoniam ſi ex virtute actiua ſeu formatiua corporis homo eſt caeleſtis ſecundum corpus, Adam quoque eſſet homo caeleſtis: quia eſt immediate diuina uirtute corpus eius formatum. Et ſic Apoſtolus non recte poſuit ſer. differentiam inter primum hominem & Chriſtum, in hoc quod ille terreſtris, ille caeleſtis, ad corpus referendo rone uirtutis formatiue.

Ad hoc dicitur, q. quia expoſitio iſta non eſt ſecundum ſenſum literalem, non poteſt ex illa argumentum contra uerba Apoſtoli iumi. Ad literam namque Apoſtolus loquitur de primo initio uirtutis hominis, ſcilicet Adae & Chriſti: conſtat autem initium Adae extera eſſe, cui diſpoſite iuncta eſt anima: initium uero Chriſti ex hypoſtaſi diuina, que materiam ſibi diſpoſuit, format, animauit: uniuert, &c. Per hoc enim probat Apoſtolus illum in animam uiuentem, iſtam in ſpiritum uiuantem: illum terrenum, quia uere per ſona terrena ſecundum ſubſtantiam & ſecundum qualitatem fuit Adam) iſtum celeſtem, & ſecundum ſubſtantiam perſone & ſecundum qualitatem ſuperioris ordinis. Vnde ſunt doctores corporis, de quibus loquitur. Allata tamen e poſitio non eſt reſutanda, ſed reuenter amplectenda: ita ut etiam ſaluet differentiam corporum ſecundum uirtutem formatiuam, tum quia Adam fuit immediate a Deo ſecundum debitum naturae ordinem (exigit ſiquidem rerum ordo ſuppoſita nouitate mundi, ut prima indiuidua perfectiorum ſpecierum ſiant non ex ſemine, ſed immediate a Deo: quoniam, ut dicitur 7. Mer. perfectia ſunt naturaliter priora imperfectis). Chriſtus autem ſtante iam naturali modo generationis humanae per commiſſionem maris & foeminae, miraculoſe ſupra naturae leges conceptus eſt diuina uirtute abſque ſemine humano: tum quia Adam a Deo immediate factus (ſicut & boues & leones ſecundum ſuas naturas) dicitur: Chriſti uero conceptio ſpecialiter appropriatur Spirituſancto, ut intelligatur

fuit de celo, quantum ad corpus.

¶ 2. Praet. Prima ad Corint. 15. dicitur, Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt: ſed regnum Dei principaliter eſt in Chriſto. Non ergo in ipſo eſt caro & ſanguis, ſed magis corpus caeleſte.

¶ 3. Praet. Omne quod eſt optimum, eſt Deo attribuendum: ſed inter omnia corpora nobiſſimum eſt corpus caeleſte. ergo tale corpus debuit Chriſtus aſſumere.

SED CONTRA eſt, q. dominus dicit Luc. ultri. Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidentis habere. Caro autem & oſſa non ſunt ex materia caeleſtis corporis, ſed ex inferioribus elementis. ergo corpus Chriſti non fuit corpus caeleſte, ſed carneum & terrenum.

RESPON. Dicendum, quod eiſdem rationibus apparet, quare corpus Chriſti non debuit eſſe caeleſte, quibus oſtenſum eſt, q. non debuit eſſe phantaſticum. Primo enim, quia ſicut ueritas humanae naturae non ſaluaretur in Chriſto, ſi corpus eius eſſet phantaſticum (ut poſuit Manichaeus) ita etiam non ſaluaretur ſi poneretur caeleſte, ſicut poſuit Valentinus. Cum enim forma hominis ſit quaedam res naturalis, requirit determinatam materiam, ſcilicet carnes & oſſa, que in hominis definitione ponuntur, ut patet per Philoſophum 7. Metaphyſi. Secundo, quia hoc etiam derogaret ueritati eorum, quae Chriſtus in corpore geſſit. Cum enim corpus caeleſte ſit impaſſibile & incorruptibile (ut probatur in 1. primo de Caelo) ſi filius Dei corpus caeleſte aſſumpſiſſet, non uere eſuriſſet, nec ſitiffet, nec etiam paſſionem, & mortem ſuſtiniſſet. Tertio etiam derogaret ueritati diuinae. Cum enim filius Dei ſe hominibus oſtenderit, quaſi corpus carneum & terrenum habens, fuiſſet falſa demonſtratio, ſi corpus caeleſte habuiſſet. Et ideo in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus dicitur,

reles teſtatur: ut uero ſunt in potentia ad alias partes, uerificatur q. eſt alimentum corporis. Et per hoc patet reſponſio ad rationem in oppoſitum, dicendo, q. ſanguis eſt corporis alimentum, ſed non tantum: quia eſt ita alimentum, ut etiam ſit ſecundu ſe pars corporis.

atur ad hoc a Deo immediate factus homo, ut ſpiritalis ſit, ita quod non ex ſola negatione humani ſeminis, ſed ex hoc quod ſupra naturae leges ex Spirituſancto dicitur conceptus. differentia poſita eſt inter Chriſtum & Adam quantum ad corpus, quod Chriſtus de Caelo caeleſtis, ille de terra terreſtris.

Natus eſt Dei filius carnem ex uirginis corpore trahens, & non de caelo ſecum afferens.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Chriſtus dicitur de caelo deſcendiſſe dupliciter. Vno modo ratione diuinae naturae, non ita quod natura diuina in caelo eſſe deſierit, ſed quia in infimis nouo modo eſſe coepit, ſcilicet ſecundum naturam aſſumptam, ſecundum illud Ioan. 3. Nemo aſcendit in caelum, niſi qui deſcendit de caelo Filius hominis, qui in caelis eſt. Alio modo ratione corporis: non quia ipſum corpus Chriſti ſecundum ſuam ſubſtantiam de caelo deſcendit: ſed quia uirtute caeleſti, ideſt Spirituſancto eſt eius corpus formatum. Vnde Auguſt. dicit ad Oſium, exponens auctoritatem inductam, Caeleſtem dico Chriſtum: quia non ex humano conceptus eſt ſemine. Et hoc etiam modo Hilarius exponit in libro de Trinitate.

AD SECUNDUM dicendum, quod caro & ſanguis non accipiuntur ibi pro ſubſtantia carnis & ſanguinis, ſed pro corruptione & diminutione corporis aufferri: ſanguis autem non eſt actu pars, ſed eſt potentia totum. Et ideo caro & oſſa non poſſunt abſque corruptione & diminutione corporis aufferri: ſanguis autem ſine corruptione communicatur.

AD TERTIUM dicendum, quod hoc ipſum ad maximam Dei gloriam pertinet, quod corpus infirmum & terrenum ad tantam ſublimitatem prouexit. Vnde in Epheſina ſynodo legitur uerbum ſancti Theophili dicentis, qualiter artificum optimi non in pretioſis tantum materiis arte oſtendentes, in admiratione ſunt, ſed uiliſſimum lutum, & terram diſſolutam plerumque aſſumentes, ſuae diſciplinam demonſtrantes uirtutem, multo magis laudantur, ita omnium optimus artifex Dei uerbum, non aliquam pretioſam materiam corporis caeleſtis apprehendens, ad nos aduenit, ſed in luto magnitudinem ſuae artis oſtendit.

In hoc ſecundo articulo dubium occurrit de aſſumptione ſanguinis: ſcilicet ſanguis: qui erat in corpore Chriſti, erat unius diuinitati. Et eſt ratio dubij ex philoſophia: quia ſanguis non eſt pars corporis humani, ſed alimentum eius, quod conſtat non eſſe actu, ſed potentia corpus, quod alitur: eſt enim ſanguis alimentum decoctum, conuertendum, non conueſum in membra. Et confirmatur auctoritate non ſolum Ariſto. 2. de Partibus anim. ſed diu Thom. in multis locis, & ſingulariter inferius in q. 3. art. 5. ad primum, ubi ponit differentiam inter oſſa & carnes ex una parte, & ſanguinem ex alia parte, in hoc q. caro & oſſa ſunt actu partes corporis humani, ſanguis autem non eſt actu pars, ſed eſt potentia totum.

In dialo. 67. q. 4. 2. me. illius tom. 3.

Libr. 10. de trinit. auct. med. ad ſen. ſum.

Ad hoc dicitur ſecundum Auctoris doctrinam in 4. ſent. diſtin. 4. q. 1. quod partes humani corporis ſunt duplices: quaedam ſic ſunt actu partes, q. ſunt intransmutabiles in alias partes, ut carnes, oſſa, nerui & membra, ut manus pedes, &c. quaedam uero ſic ſunt actu partes, q. ſunt in potentia etiam ad alias partes, & tales uidentur eſſe quatuor humores, ex quibus ſumus, inter quos eſt ſanguis. Vnde quia huiusmodi habent aliquo modo rationem partis in actu, & aliquo modo partis in potentia, ideo diuerſa de eis dicuntur. nam in quantum ſunt partes in actu, uerificatur quod corpus noſtrum componitur ex eis, ut in principio dicitur lib. Ariſto

Ar. praed.

Cap. 2.

Lib. 7. text. 39. 103.

Cap. 16.

Lib. 1. text. 20. 1003.

Cap. 2. me. tom. 3. inter opera Aug.